

MSI
1764

Ad clementissimum invictissimum &
semper augustum Ferdinandum quantum his
partibus vtriusque Siciliae Iherusalem & insularum
nuper in oceano reperiatarum similiter & con-
tinentis Regem catholicum gloriosum ac felicis-
simum assiduam acerrimumque ecclesie defensore:
Barbararumque gentium dominorem: Joannes lupus
de palatio ruitos. Decretorum doctor regiusque
consiliarius.

PASQUAL de GAYANGOS

Cum olim sacra tua maiestas invictissime princeps
Barbaras illas oceanas insulas (quas imperitum
vulgus indias appellat) suo dominio & potestati
adiecisset: feraces homines ac gentes
in diversis insulis habitantes: ad legis evangelice
veritatem evocavit. Ex qua re huius mundi &
futuri seculi gloriam & felicitatem sibi compara-
vit: & mente quidem cum nulle sint maiores divi-
tig: nulli thesauri nulli honores nullatervis mundi
mayor substantia: quae fides catholica quae peccatores
salvat: dignum quippe est: ut a catholico rege ca-
tholica ecclesia per orbem uniuersum cum plebano
effectu dilatetur & illustretur: qui piissimi princi-
pis omnia refundit in Christum: dicens cum pro-
pheta non nobis dominum non nobis sed nomini tuo
da gloriam. Quare tibi gratissimo & acceptissi-
mo deo regi: triumphantes Victorias & mira-
culosa praemia. praeter humanam opinionis spem con-
cedere dignatus est. quamobrem tota Christiana
religio fidei dilationem considerans: exultat
& letatur: gratias sumo deo agens: quod talem tamque
celeberrimum sibi prestiterit aditum. A tempo-
re enim quo ille angelus sathanae ac scelearum princeps